LINGUÆ ITALICÆ, COMPENDIOSA INSTITUTIO,

Authore

CAROLO MULERIO,

Ad perillustrem, generosum & strenuum

D. LUDOVICUM DE NASSAU,

Leccæ Satrapam, Beverwerdiæ, Opdyckiæ, &c. Dynastam.

OXONII,
Impensis *Joh. Crosley*, 1667.

LUDOVICO

Naſſaviæ ſtirpis inclyto

HEROI,

Leccæ & Beverwerdiæ optimo

SATRAPÆ,

Opdyckiæ, &c. deſideratiſſimo

DYNASTÆ;

Salutem & incolumitatem.

QUAMVIS non dubitem multos fore, qui me temeritatis arguent, dum opuſculum hoc illuſtriſſimæ Dominationi Veſtræ viderint dicatum: verum dum illis nota fiet ſumma illa in Italicam linguam propenſio, maximus quoque progreſſus (qui modo relucet in medio gravitatis veſtræ) haud dubito, quin id conſultè me egiſſe iudicabunt. Cogebar quoque reddere veſtigal ob beneficia in me collata, quibus impar dum paria reddere nequeo, confeſſione ſaltem gratus ſum. Æqui igitur bonique conſulat temeritatem meam, & ſignum hoc Zeli, & affectus benigna quæſo fronte ſuſcipiat ab eo qui

Illuſtriſſ. Generoſiſſ. & Strenuiſſ. Dominationi Veſtræ devotiſſimus

CAROLVS MVLERIVS,
Hagæ Comitum, Idibus
Junii M DC XXXI.

DE-

DE LITERIS.

A,

B,

C ante *e* aut *i* pronunciatur *ch*, anglicanum; ut, *Cicerone* tanquam *chicherone*. Verùm *che, chi*, ſonant ut *ke, ki*; ut, *chiaro*, tanquam *kiaro*.

D pronunciatur ut apud Latinos, ſed collocatur ſæpius loco *t*; ut, *padrone*, pro *patrone*.

E pronunciatur ut apud Latinos, ſed collocatur aliquando loco *i*; ut, *vertù*, pro *virtù*.

F,

G conſonat, tanquam eſſet præpoſita litera *d*, ſi nempe immediatè ſequitur litera *e*, aut *i*; ut, *fagiano*, tanquam *fadgiano*.

Eodem modo conſonat duplicatum *g*, ut, *viaggio*, tanquam *viadgio*.

Verùm, quando inter *g* & *e*, aut *g* & *i*, interponitur aſpiratio *h*, tum eodem modo pronunciatur, quemadmodum *ga, go, gu*; ut, *piaghe* tanquam *piage*.

Item *g* propoſitum *li* liquefit in ore, & pronunciatur ut duplex *ll* apud Gallos, in voce *fille*; ut, *meglio*, tanquam *melio*.

Excipe *negligenza*, quod ſonat ut apud Latinos

Denique litera *g* ante *n* liquefit in ore ut apud Gallos; ut, *dignità*, tanquam apud Gallos, *dignitè*.

Ponitur verò litera *g* ſæpius loco *l*, quando nimirum ipſum *l* duplicatur; ut, *quegli* pro *quelli*.

H non aſpirat, niſi in interjectionibus, *ah, deh, oh, ih*.

I collocatur aliquando loco *e*; ut, *principi* pro *principe*.

Item loco *l*, quando alioqui ipſum *l* duplicari deberet; ut, *bei*, pro *belli*.

L,
M,
N,
O ponitur ſæpe loco *au*; ut, *lode* pro *laude*.
P,
Q ſubſequente *ua*, *ue*, *ui*, *uo*, conſonat ut apud Latinos; ut, *qualità* tanquam apud Latinos qualitas.
R,
S,
T in medio tantum dictionis, quando ſubſequitur *i*, conſonat fere ut ꝛ; ut, *gratia* tamquam *graꝛia*.

Excipe hinc illa nomina, in quibus *t* immediatè ipſum *i* præcedit; ut, *beſtia*. Item, primam & ſecundam perſonam futuri optativi: ut, *preſtiamo*, *preſtiate*, Item *natio*, *mallatia*, *ſettia*, *cintia*, *corinthia*.

U vocalis ſonat ut *ou*, exemplum *fu* tamquam *fou*.
V conſonans reperitur aliquando loco *p*; ut, *ovra*, pro *opra*.
Z Poſt conſonantem, conſonat ut *tſ*; ut, *prudenza* tamquam *prudentſa*.

Item quando duo ꝛꝛ ſe invicem ſubſequuntur, tunc etiam prior ꝛ effertur ut *tſ*; ut, *beleꝛꝛa* tamquam *belletſa*.

Et hæc de alphabeto dicta ſufficiant.

DE APOCOPE, ET APOSTROPHIS.

DIctiones finitæ in vocalem, perdunt eandem vocalem, quando ſequens dictio à vocali quoque incipit; ut, *altr' opinione*, pro *altera opinione*.

Abſorbetur etiam ſæpius vocalis ſubſequentis dictionis, remanente priori vocali: ut, *quando l' vide*, pro *quando il vide*. Excipi-

Excipiuntur ab hac præcedenti regula *Apollo collo, volo, affanno, anima, abiſſo, ſoſtegno, pegno,* & ſæpius, *oſcuro, duro, chiaro.*

Item vocales quæ ſunt notatæ accentu, nunquam eliſionem admittunt; ut, *pietà, virtù.*

Liquidæ *l, n, r,* rejiciunt ſæpius in numero ſingulari *o* & *e*, ut, *Signor Dio, io ſon contento de un tal favore.*

Litera *a* rejicitur tantum in adverbio *hora*, cum ſuis compoſitis.

Literæ *d* & *t* rejiciuntur cum ſua vocali ſubſequente in his dictionibus, quæ ſequuntur: nempe; *grande, grandi, ſanto, prode, frate.* ex gr. *gran coſa, gran ooſe, ſan Filippo, fra Michele,* pro *grande coſa, grandi coſe, ſanto Filippo,* & *Frate Michele.*

Litera *i* rejicitur quoque in plurali numero per duplicem contractionem; nimirum quando *l* ſimplex aut *l* duplicatum eſt præpoſitum; ut, *que* pro *quelli* vel *quei*, item *ta'* pro *tali* vel *tai.*

Item rejicitur *i* in articulo *gli*, quando aliud *i* ſubſequitur, aliàs non; ut, *gl' Italiani* pro *gli Italiani.*

Quando aliqua vocalis elidi & rejici debet, ſi tum dictio illa deſinit in *c* aut *g*, & ſequens dictio incipit ab *e* aut *i*, oportet poſt prædictum *c* aut *g* adjicere aſpirationem *h* cum opoſtropho, *dich' io*, pro *dico io.*

E contra, quando poſt eliſionem unius vocalis ſe mutuo contingunt duæ aſpirationes *hh*, tunc prior rejici debet, ut *c'honore* pro *che honore.*

Licitum quoque eſt rejicere literam *o* poſt *m* in prima perſona pluralis, quemadmodum etiam in dictione *huomo*, ut, *amiam la pace*, pro *amiamo la pace*, pro *amiamo la pace. huom forte*, pro *huomo forte.*

Quando *ll* duplicatum claudit aliquam dictionẽ, ultimum *l* poteſt rejici cum ſua vocali, dummodo dictio ſubſequens non incipit à litera *ſ*, aut ab alia vocali; ut, *bel tempo* pro *bello tempo.*

Idem fit & in *nn* duplicato, quemadmodum & in duplicato *rr*; ut, *fan rapina* pro *fanno rapina*, por

pro *porre*, item, *tor* pro *torre*, à verbo *toglierе*?

Quando articulus *lo* poſt præpoſitionem *per* rejicit ſuam vocalem, præpoſitio hæc rejicit literam *r*; ut, *pel mondo*, pro *per lo mondo*.

Articulus pluralis *li* poſt præpoſitionem *per* nullo modo *i* ſuum deſerit, quinimo totaliter potius evaneſcit; ut, *pe' piani*, pro *per li piani*.

Tertia perſona præteritorum ſimplicium, quæ ſemper in plurali numero terminatur in *rono*, ſæpe rejicit ultimam, & aliquoties penultimã, immo & aliquando ante penultimam, cum duabus literis ſubſequentibus; ut, *amaron*, *amaro*, *amar*; pro *amarono*. Sed verba terminantia in *ero*, mutant aliquando illud in *ono*; ut, *goddettero*, in *goddettono*.

DE PARAGOGE.

LIrera *d* poſt vocales *a*, *e*, *o*, ſæpius adiicitur, ſi dictio ſubſequens inceperit à vocali; ut, *ad alcuno*, pro *à alcuno*; *ched egli*, pro *che egli*; *od egli* pro *o egli*.

Litera *i* ſæpius quoque præponitur literæ *ſ*, quæ poſt ſe habet aliam conſonantem, dummodo dictio præcedens in conſonantem deſinit; ut, *per iſcherzo* pro *per ſcherzo*, quod tamen non habet locum in poeſi.

Item ea nomina, quæ deſinunt in *a* aut *u*, notatis cum accentu, recipiunt & aſſumunt ſæpius ſyllabam *de*, aut *te*; ut *crudelitade*, *ſervitute*.

Nota denique, quando litera *ſ* præponitur alicui dictioni, æquivalet negationi: ut, *prezzare*, æſtimare, *ſprezzare* contemnere.

DE ARTICVLO.

ITalus tres habet articulos, duplicem maſculinum, ſcilicet *il* & *lo*; & unum feminium, nempe *la*: nam neutrum genus apud Italos non reperitur.

Vtitur

Vtitur articulo *il*, quando nomen maſculini generis incipit à conſonante; ut, *il conſiglio* conſilium.

Vtitur verò *lo*, dum nomen maſculini generis incipità vocali, aut à littera *ſ*, cui immediatè ſubſequitur alia conſonans; ut, *l'ignorante*, item, *lo ſpirito*.

La verò articulus femininus, & declinantur omnes hoc modo: eſt

	Singulariter.	Pluraliter.
Nom.	*il.* / *lo.* / *la.*	*i & li.* / *gli.* / *le.*
Gen.	*del.* / *dello.* / *della.*	*dei & de.* / *degli.* / *delle*
Dat.	*al.* / *allo.* / *alla.*	*ai & a'.* / *agli & alli.* / *alle.*
Acc.	*il.* / *lo.* / *la.*	*i & li.* / *gli.* / *le.*
Abl.	*dal.* / *dallo.* / *dalla.*	*dai & da'.* / *dagli,* / *dalle.*

Utitur autem Italus hiſce articulis, dum rem aliquam finitam denotat, nam quoad res infinitas,

non assumunt hosce articulos, sed in genitivo, dativo, ablativo tam singulari, quàm plurali: pro nominibus utriusque generis utitur *di*, *a*, *da*; ut, *dir mal de qualcuno*, *dar qualche cosa à qualcuno*.

Lo aliquando est relativum, & præponitur verbis tàm quæ à consonante incipiunt, quàm quæ à vocali. *il* verò, dum est relativum, præponitur solummodo consonantibus; dummodo non fuerit litera *t* cum alia consonante associata, à qua naturaliter abhorret: exempli gratia: *lo crede*. & *il crede*. *lo scaccia*. item *l'ama*.

Li & *gli* sunt aliquando demonstrativa, & quamvis videantur esse numeri pluralis, tamen utuntur illis Itali in dativo singulari; ut, *fategli questo piacere*, item, *diteli ch' io son venuto*.

Le articulus femininus, quamvis etiam sit pluralis numeri, tamen dativo eleganter inservir, dum quoque est demonstrativum; ut *datele denari*.

Gli verò, dum est relativum, & alteri relativo adiungitur, assumit literam *e* in fine; ut, *glielo disse*.

Nota denique articulos sæpè coniungi præpositionibus *ne* quod significat *in*, *con*, & *per*; ut, *nel*, *nello*, *nei*, & *ne'*. Item, *negli*, *nella*, *nelle*. *col*, *collo*, *coi*, & *co'*. Item, *perlo*, *pello*, & *pel*; ut, *nel tempio*, *pel mondo*, *ce'*. *piedi*: & hæc de articulis.

DE NOMINE.

NOmina apud Italos omnia, aut ſunt ſubſtantiva aut adiectiva; ſed ſubſtantivorum duo ſolummodo ſunt genera, quemadmodum & adiectivorum, maſculinum ſcilicet, & femininum, de quibus hæc regula generalis ſtatui poteſt.

Omnia nomina, quæ a maſculinis & neutris Latinis originem trahunt, & apud Italos deſinunt in *e*, aut *o*, eſſe maſculini generis; ut, *il fiume, il cavallo.* excipitur *la mano*, quod eſt femininum.

Item omnia terminantia in *a*, aut *e*, quæ à Latinis femininis originem trahunt, ſunt quoque feminini generis? ut, *la tavola, la vite.*

Adjectiva verò nomina deſinunt in *o* & tum ſunt maſculina, quæ fiunt feminina mutando *o* in *a*; nam omnia adjectiva deſinentia in *e*, ſunt communis generis: ut *forte, valente.*

Adiectiva hæc omnia comparantur, & in comparativo aſſumunt particulam *p u*, quod ſignificat *magis*, faciuntque ſuum ſuperlativum in *iſſimo* more Latinorum? ut, *forte, più forte, fortiſſimo.*

Excipitur ab hac regula, *grande*, quod habet in comparativo, *maggiore.* Item *picciolo*, quod facit in comparativo *minore*: *buono.* quod facit *migliore*: & *cativo*, quod facit *peggiore.* Quamvis & his ſecundùm regulam generalem formari quoque poſſit comparativus, nempe, *più grande, più picciolo, più cattivo*, verùm *più buono* nuſquam reperies.

Declinantur autem nomina per articulos ſupradictos, & tàm ſubſtantiva, quàm adjectiva, cùm ſunt ſingularia, fiunt pluralia, mutando ultimam literam: nempe ſi deſinunt in *a*, mutant *a* in *e*; ut, *la roſa*, pluraliter *le roſe.*

Excipe maſculina in *a*, quæ mutant *a* in *i*; ut *il Profeta, li Profeti.*

Si verò nomen deſinit in *e*, mutat eam literam in *i*; ut, *l'amore, gli amori.* Excipe

Excipe *ſpetie*, *temperie*, *congerie*, *effigie*, quæ in plurali numero literam ſuam non mutant.

Si denique nomen deſinit in *o*, mutat eam literam in *i*; ut, *il capo*, *li capi*.

Excipe ab hac regula ea, quæ deſinunt in *io*, quæ in plurali numero *o* tantummodo reiciunt; ut, *il uſuraio*, *gli uſurai*. *eſſempio* tamen, facit *eſſempii*: & *il huomo* præter ordinem creſcit in plurali numero *gli huomini*.

Verùm omnia illa nomina, quæ in fine notantur accentu, literam ſuam in plurali numero retinent; *autorità Rè virtù*.

Obſerva denique, quod ea nomina, quæ habent literas *c*, aut *g* ante ultimam vocalem, aſſumere in plurali numero ante eas literas aſpirationem *h*? ut *fuoco*, *fuochi*, *piaga*, *piaghe*.

Excipe *amico*, quod facit *amici*: item, *nemico*, quod facit *nemici*.

Aliqua etiam ſunt nomina, quæ in plurali numero abundant; ut, *le dita*, & *le dita*; *paia*, & *le paia*: ſed hæc uſus potius, quàm compendii brevitas poterit lectorem edocere.

DE PRONOMINE.

PRonomina alia ſunt primitiva, alia poſſeſſiva, alia demonſtrativa, alia interrogativa, alia denique relativa.

Primitiva pronomina ſunt *io*, *tu*, *di ſe*, quæ per articulum indefinitum ſic declinantur.

Singulariter.

	Singulariter.		Pluraliter.	
Nom.	*io.*		Nom. *noi.*	
	tu.		*voi.*	
Gen.	*di me.*		Gen. *di noi.*	
	di te.		*di voi.*	
	di ſe.		*di ſe.*	
Dat.	*a me,*		Dat. *a noi,*	
	a te,		*a voi,*	
	a ſe,	*mi, me.*	*a ſe,*	*ci, ce, ne.*
		ti, te.		*vi, ve.*
Acc	*me,*	*ſi, ſe.*	Acc *noi,*	*ſi, ſe,*
	te,		*voi,*	
	ſe,		*ſe,*	
Abl.	*da me.*		Abl. *da noi.*	
	da te.		*da voi.*	
	da ſe.		*da ſe.*	

Verum hoc pronomen *ſe* conjungitur plerumque cum particula *ſteſſo*, ipſe, quod habet in feminino *ſteſſa*, & in plurali numero *ſteſſi* & *ſteſſe*, idem pœnitus intelligendum eſt de particula *medeſsimo* & *medeſima*.

Nota particulas illas irregulares *mi, me, ti, te, ſi, ſe, ci, ce, ne, vi, ve*, præponi & poſtponi verbis, ea tamen differentia, ut ſi nulla intercedat particula, utendum ſit *mi, ti, vi, ci, ſi*: ut, *io, ti, dico, ſcriſse mi*, &c.

Si vero particula aliqua interponatur aut apponatur, tum utendum erit *me, te, ſe, ne, ce, ve*; ut, *me lo ſcriſſe*.

Hæ ſupradictæ particulæ præpoſitæ articulis relativis conflant unam ſyllābam cum eodem articulo; ut, *mel' a detto*, pro *me lo a detto*.

Obſer-

Obſervandum denique, quod cum hæ particulæ junguntur monoſyllabo, aut dictioni habenti accentum duplicare ſuam priorem conſonantem; ut, *dammi*, da mihi: *dirotti*, dicam tibi: *partiſſene*, proficiſcebâtur.

Pronomina poſſeſſiva ſunt hæc *mio, tuo, ſuo, noſtro, veſtro*, quæ in genere feminino habent *mia, tua, ſua, noſtra, voſtra*. Declinantur vero per articulos infinitos, quemadmodum nomina, faciuntque maſculina in numero plurali *miei, tuoi, ſuoi noſtri, voſtri*: feminina vero *mie, tue, ſue, noſtre, voſtre*.

Demonſtrativa pronomina ſunt *io, tu, colui, egli, eſſo, queſto, coteſto; quello, colui, coſtui, coteſtui*, & declinantur per articulum infinitum: *egli* vero & *ella*, quia variant & abundant, ſchema ſuum requirunt, quod hic juxta ſubjicimus:

Maſculinum.	Femininum.
Singulariter.	
Nom. *egli, ei, e'*. ipſe.	Nom. *ella*. ipſa.
Gen. *di lui*.	Gen. *di lei*.
Dat. *à lui*.	Dat. *à lei*.
Accu. *lui*.	Accu. *lei, la*.
Abl. *da lui*.	Abl. *da lei*.
Pluraliter.	
Nom. *eglino, ei, e', eſſi*.	Nom. *ellene, eſſe*.
Gen *di loro*.	Gen. *di loro*.
Dat. *à loro*.	Dat. *à loro*.
Accu. *loro*.	Accu. *loro*.
Abl. *da loro*.	Abl. *da loro*.

Cum eodem articulo declinatur *eſſo*, ipſemet, quod facit in feminino *eſſa*, verum communiter adjicitur *meco, teco, ſeco*. Item. *noi, voi*, ut, *con eſſo teco*. Item, *con eſſo noi*, id eſt, nobiſcum.

Colui in feminino *colei*; *ille* & *illa* per eundem articulum quoque declinantur, & utrumque facit in plurali numero *coloro*.

In demonſtrativis vero *queſto, coteſto, quello* cu-

rioſe

rioſe obſervandum: quod *queſto* ſignificet *hic*, vel *hoc*: & pertineat ad primam perſonam; ſive de re, quæ ipſi loquenti proxima eſt, dicatur; ut *queſto libro ch' io tengo: hic liber quem ego habeo.*

Coteſto pertinet ad ſecundam perſonam diciturque de re, quæ illi cui loquor proxima eſt: ut *coteſto libro, che tu tieni frà le mani, ille liber, quem tenes intra manus.*

Quello pertinet ad tertiam perſonam, diciturque de re, quæ ab utroque remota eſt; ut, *quello il quale mi ſcriſſe hieri, ille qui mihi ſcripſit heri:* verum Italus aliquando hæc confundit.

Coſtui, coſtei, hic, hæc, *coteſtui, coteſtei*; *colui, colei. ille, illa*, abſolute pronuntur ſine ſubſtantivis, quando fit mentio perſonarum; ut, *coſtui è ſavio*, id eſt; *queſto huomo è ſavio. hic homo eſt ſapiens.*

Interrogativa pronomina ſunt *chi*, & *che*, quæ in quocunque genere, & utroque numero ſerviunt: verum *chi* interrogat ſolummodo de nominibus, *che* vero de rebus; ut, *chi v'l'a detto? quis tibi hoc dixit? che volete? quid vultis? chi* quoque eſt relativum, quemadmodum & *il quale:* ſed illud eſt omnis generis, hoc vero facit in feminino *la quale*, & declinatur per articulum *il*, & *la. chi* vero per articulum infinitum, hoc modo;

Nom. *chi.*
Gen. *di cui.*
Dat. *a cui.*
Acc. *chi.*
Abl. *da cui.*

In plurali numero pro utroq; genere eodem modo dilinatur: Elegantiſſimè autem utimur relativo *cui*, ſine articulo; ut, *voi, cui fortuna a poſto in mano il freno*: pro, *voi à cui*, &c. Sic genitivus *loro* aliquando articulum rejicit; ut, *le loro ſciocchezze.* pro, *le ſciocchezze di loro.*

Chiunque & *chique*: *quicunque.*

Che, & *cheche*: *quicquid*; pronominibus etiam hic appoſuimus. Notan-

Notandum denique particulam *altri*, *aliquis*, in eo differre ab *altro*, *alius*: quod *altri* ad omne genus & utrumq; numerum pertineat, & habeat in obliquis *altrui*, & nunquam adhæreat ſubſtantivis: exempli gratia, *quando altri voleſſe opporſi*: *quando aliquis vellet opponere ſe*. *Altero* vero in feminino facit *altra*, & in plurali *gli altri*, & *le altre*: & ſubſtantivis adjici tur; ut, *gli altri tuoi amici*: *alii tui amici*.

DE VERBO.

VErborum conjugationes ſunt quatuor, quatuor, quarum prima habet infinitum in *are*; ut, *amare*. Secunda, in *ere* productum; ut, *godere*. Tertia, in *ere* correptum; ut, *ridere*. Quarta, denique in *ire*; ut, *ſentire*.

Verba autem omnia duplex habent præteritum; unum ſimplex, alterum compoſitum cum verbo auxiliari *ho*. Simplici unimur, quando fit mentio temporis præteriti & determinati, qui non dependeat ab anno, menſe, ſeptimana aut die, in quo ſumus; ut, *io andai l' anno paſſato à Parigi, egli andò hieri à ſpaſſo*. *Ego ivi anno præterito Pariſios, ille ivit heri ambulatum*.

Utimur vero compoſito, dum fit mentio alicujus temporis qui dependeat adhuc à præſenti; ut, *io ho ſempre honorato i dotti*; *ſemper honoravi doctos*. *ſta mane ſono andato à ſpaſſo hodie ivi ambulatum*.

In optativo modo, & in ſubjunctivo duplex quoque reperitur tempus imperfectum, & pluſquam perfectum, quod nos appellamus *primum* & *ſecundum*. Utitur vero Italus ad ſignificandum antecedens primo imperfecto & pluſquam perfecto, cui præponitur cõmuniter particula conditionalis *ſe*. Secundo vero imperfecto & pluſquamperfecto utitur ad inferendum conſequens; ut, *ſe io lovedeßi*, *io lo*

io lo conoſcerei. Si ego illum viderem, ego illum cognoſcerem; exemplũ pluſquamperfecti; *s'egli l'haveſſe veduto, l' haurebbe conoſciuto. Si illum vidiſſet, illum cognovisſet.*

Item interrogando poſt particulam *che*, utendum erit primo imperfecto; ut, *credi tu, ch' egli ſatisfaceſſe? Credis tu quod ille ſatisfaceret?*

Verum non interrogando, utendum erit ſecundo; ut, *io credo ch'egli ſatisfarebbe.*

Quoniam vero verbi auxiliaris *ho* frequens eſt uſus in conjugandis verbis (ut infra videbitur in præteritis, & futuro conjunctivi) ob id ejus conjugationem hic primo ſubjicere voluimus. Ea itaque eſt hujuſmodi.

INDICATIVVS.

Præſens.

Habeo.

Singulariter.	Pluraliter.
Io ho, poët *haggio.*	*noi habbiámo*, & *havemo.*
tu hai.	*voi havéte.*
colui ha.	*coloro hánno.*

Imperfectum.

Habeam.

io havévo.	*noi havevámo.*
tu havévi.	*voi haveváte.*
colui havéva	*coloro havévano.*

Præteritum perfectum ſimplex.

Habui.

io hébbi.	*noi havémmo.*
tu havéſti.	*voi havéſte.*
egli hébbe.	*coloro hébbero.*

Præteritum compoſitum.

Habui.

io ho		*noi habbiámo*	
tu hai	*havúto.*	*voi havéte*	*havúto.*
quello ha		*quelli hanno*	

Pluſ-

Pluſquamperfectum,
noi havevamo Habueram.

Singulariter.		Pluraliter.	
io havéva tu havévi quello havéva.	havúto.	novi hevámo voi haveváte quelli havévano	havúto.

Futurum,
Habebo.

io haveró, havró, haró.	noi haverémo.
tu haverai.	voi haveréte.
colui haverá.	coloro haveránno.

IMPARATIVVS.
Habeas.

hábia tu.	habbiámo noi.
hábbia colui.	habbiáte voi.
	habbiáno coloro.

OPTATIVVS.

Præſens & imperfectum Coniunctivi,
Utinam haberem.
Voleſſe idio che.

io havéſſi	noi havéſſimo.
tu havéſſi.	voi haveſte.
colui havéſſe	coloro haveſſero.

Imperfectum ſecundum.
Haberem.

Singulariter.	Pluraliter
io haverèi, havréi, haréi	noi haverémo.
tu haveréſti.	voi havaréſte. (riano.
colui haverébbe, havria	coloro huverebbono, have-

Præteritum perfectum & pluſquam-perfectum.
Habuerim & habuiſſem.

io havéſſi tu havéſſi colui havéſſe	havúto.	noi havéſſimo voi havéſte coloro haveſſero	havúto.

Pluſ-

Pluſquamperfectum ſecundum,
Habuiſſem

io haveréi		noi haverémo	
tu haveréſti	havuto.	voi haveréte	havúto.
colui haverébbe		coloro haverébbono	

Futurum & præſens
CONIVNTIVI.
Habeam.

Singulariter.	Pluraliter.
io hábbia.	noi habbiámo.
tu hábbi, hábbia.	voi hahbiáte.
colui hábbia.	coloro habbiáno.

Præteritum perfectum.
Habuerim.

Singulariter.		Pluraliter.	
io habbia		noi habbiámo	
tu habbia	havuto.	voi hahbiate	havuto.
colui habbia		coloro hábbiano	

Futurum.
Habuero.

io haveró		noi haverémo	
tu haverái	havuto	voi haveréte	havutò.
colui haverá		coloro haveránno	

INFINITIVVS.

Præſens.
Habere.
havére.
Præteritum
havére havuto.
Futurum,
ad havére.
Participium.
havuto.
Gerundium.
havendo.

Verum nota, gerundium collocati loco participii præsentis temporis.

PARADIGMA.

Quatuor conjugationum.

INDICATIVVS.

Præsens.

Singulariter.	Pluraliter.
io, tu, colui,	noi, voi, coloro.
Amo, àmi, ama.	*amiámo, amáte, ámano.*
Godo, gódi, góde.	*godiámo, godéte, gódono.*
Rido, ridi, ride	*ridiámo, ridéte, ridono.*
Sento, senti, sente.	*sentiámo, sentíte, sentono.*

Imperfectum.

amávo, ávi, áva	*amavámo, aváte, ávano.*
godévo, évi, éva.	*godevámo, eváte, évano.*
ridévo, évi, éva.	*ridevámo, eváte évano.*
sentivo, ívi, íva.	*sentivámo, íváte ívano.*

Præteritum perfectum simplex.

amái, amásti, amó.	*amámmo, ste, rono,*
godéi, godésti, godé.	*godemmo, ste, rono.*
risi, ridesti, rise.	*ridémmo, ste, rono.*
senti, sentisti, sentí.	*sentímmo, ste, rono.*

Præteritum perfectum compositum.

ho, hai, ha	*amáto. godúto. riso. sentito.*	*habiamo, havete, hanno*	*amato. goduto, riso. sentito.*

Plusquamperfectum.

havévo, évi, éva	*amato. goduto. riso. sentito.*	*evámo, evăte, evano*	*amato. goduto. riso. sentito.*

Futurum,

amerò, rái, rá.	*rémo, réte, ránno.*
goderò, rái, rá.	*rémo, réte, ránno.*
rideró, rai, rá.	*rémo, réte, ranno.*
sentirò, rái, rá.	*rémo, rete, ranno.*

IMPARATIVVS.

Singulariter.	Pluraliter.
ama, ami.	*amiámo, amate, ámino.*
godi, goda.	*godiámo, godete, godano.*
vidi, vida.	*vidiamo, videte, vidano.*
ſenti, ſenta.	*ſentiamo, ſentite, ſentano.*

OPTATIVVS.

Præſens & imperfectum Coiunctivi.

amáſſi, áſſi, áſſe.	*áſſimo, áſte, áſſero, aſſino.*
godéſſi, éſſi, éſſe.	*êſſimo, éſte, éſſero, éſſino.*
riddéſſi, éſſi, éſſe.	*éſſimo, éſte, éſſero, éſſino.*
ſentíſſi, íſſi, íſſe.	*íſſimo, íſte, íſſero, íſſino.*

Imperfectum ſecundum.

amaréi, réſti, rébbe.	*rémmo, réſte, rébbono, ríano.*
goderei, réſti, rébbe.	*rémmo, réſte, rebbono, ríano.*
rideréi, réſti, rébbe.	*rémmo, reſte, rebbono, ríano.*
ſentiréi, réſti, rebbe.	*rémmo, reſte, rébbono, ríano.*

Præteritum perfectum, & pluſquam perfectum.

	amato.		*amato.*
haveſſi, eſſi,	*goduto.*	*éſſimo, éſte,*	*goduto.*
eſſe	*riſo.*	*éſſono*	*riſo.*
	ſentito.		*ſentito.*

Pluſquam perfectum ſecundum.

	amato.		*amato.*
havréi, vréſti,	*goduto.*	*éſſimo, éſte,*	*goduto.*
vrébbe.	*riſo.*	*éſſono*	*riſo.*
	ſentito.		*ſentito.*

Futurum & præſens

CONJVNCTIVI.

ámi, ámi, ámi	*amiámo, amáte, amino.*
góda, góda, góda.	*godiámo, godiáte, godano.*
rida, rida, rida.	*ridiámo, ridiáte, ridano.*
ſénta, ſénta, ſénta.	*ſentiámo, ſentiate, ſéntano.*

	amato		*amato.*
hábbia, bia,	*goduto*	*biámo, biate,*	*goduto.*
bia	*riſo.*	*biano*	*riſo.*
	ſentito.		*ſentito.*

Futurum.

Singulariter.		Pluraliter.	
haveró, raí, rá	*amato goduto. riſo. ſentito.*	*rémo, réte, ranno*	*amato. goduto. riſo. ſentito.*

INFINITIVVS.

Præſens.

amáre. godére. ridere. ſentire.

Præteritum.

haver | *amato. goduto. riſo. ſentito.*

Futurum.

havere ad | *amáre. godére. ridere. ſentire.*

Participium.

amato. goduto. riſo. ſentito.

Gerundium.

amando. godendo. ridendo. ſentendo.

Et hæc de verborum activorum conjugatione, quorum paſſiva conjugantur per verbum *ſono*, adjiciendo ei participium; ut, *io ſono amato tu ſei amato, coluié amato,*, & ſic de cæteris. Verbum autem *ſono*, adjicitur quoque in præteritis pro verbo *ho*, verbis ſcilicet abſolutis, quæ non ſunt tranſitiva, quando actio-

actionem in aliquo, & non in aliquem ſignificant: ut, *io ſono andato*: item, *io ſono venuto*, & ſic de cæteris. Conjugatur autem hoc modo:

INDICATIVVS.

Præſens.

Singulariter.	Pluraliter.
io ſono.	*noi ſiáno.*
tu ſei.	*voi ſiéte, & ſéte.*
colui é.	*coloro ſono.*

Imperfectum.

io éra, & éro.	*noi eravámo.*
tu éri.	*voi eraváte,*
colui éra.	*coloro érano,*

Præteritum perfectum ſimplex.

io fúi.	*noi fúmmo.*
tu ſúſti, & fóſti.	*voi fúſte, & fóſte.*
egli fú.	*eglino fúrono.*

Præteritum perfectum compoſitum.

io ſono		*noi ſiámo*	
tu ſei	*ſtato.*	*voi ſiéte*	*ſtati.*
colui é		*coloro ſono*	

Pluſquamperfectum.

io éra		*noi eravámo*	
tu éri	*ſtato.*	*voi eraváte*	*ſtati.*
quello éra		*quelli érano*	

Futurum.

io ſaró.	*noi ſarémo.*
tu ſarái.	*voi ſaréte.*
colui ſará.	*coloro ſaranno.*

IMPERATIVVS.

	ſiámo noi.
ſii tu.	*ſiáte voi.*
ſia colui.	*ſiáno coloro.*

OPTATIVVS.

Præſens & imperfectum Conjunctivi.

io fúſſi, & foſſi.	*noi fóſſimo, & fúſſimo.*
tu fúſſi.	*voi fúſte.*
colui fúſſi.	*coloro fúſſero.*

Imper-

Imperfectum ſecundum.

Singulariter.		Pluraliter.	
io ſarèi.		*noi ſarémmo.*	
tu ſarèſti.		*voi ſaréſte.*	
colui ſarèbbe, ſaria.		*coloro ſarébbono, ſariano.*	

Præteritum perfectum & Pluſquamperfectum.

io fuſsi		*noi fóſsimo*	
tu fuſsi	*ſtato*	*voi fuſte*	*ſtati.*
colui fuſsi		*coloro fúſſero*	

Pluſquam perfectum ſecundum.

io ſarei		*noi ſarémmo*	
tu ſaréſti	*ſtato*	*voi ſaréſte*	*ſtati.*
colui ſarebbe		*coloro ſarébbono*	

Futurum & Præſens.

CONIVNCTIVI.

io ſía.		*novi ſiámo.*	
tu ſia, & ſíi.		*voi ſiáte.*	
colui ſía.		*coloro ſiáno.*	

Præteritum perfectum.

io ſía.		*noi ſiámo.*	
tu ſía	*ſtato.*	*voi ſiáte.*	*ſtati.*
quello ſía		*quelli ſiáno*	

Futurum.

io ſaró		*noi ſarémo*	
tu ſarái	*ſtato.*	*voi ſaréte*	*ſtati.*
colui ſará		*coloro ſaranno*	

INFINITIVVS.

Præſens.
éſſere.
Præteritum.
éſſere ſtato.
Participium.
ſtato, vel ſuto.
Gerundium.
eſſendo, & per éſſere.

DE

DE ANOMALIS.

ITalus plurima habet anomala; ſed ne lectorem eorum multitudine obruamus, ea, quæ maximè à communi regula degenerant, hic ſubjicere conſultum duxi; cætera & uſui, & lectioni committens: ea autem ſunt hujuſcemodi:

dáre, à *do*,		dare.
andare, à *vo* & *vado*.		ire.
ſtáre, à *ſto*.		manere.
fáre, à *fo*.		facere.
vedére, à *veggio*.		videre.
volére, à *voglio*.		velle.
potére, à *poſſo*.		poſſe.
dovére, à *debbo*.		debere.
dolére, à *doglio*.		dolere.
tenére, à *tengo*.		tenere.
ſapére, à *ſo*.		ſcire.
capíre, à *capio*.	ſignif.	capere.
ſolére, à *ſoglio*.		ſolere.
cadére, à *cado*.		cadere.
ſedére, à *ſeggo*.		ſedere.
parére, à *paio*.		videri.
léggere, à *leggo*.		legere.
morire, à *muoio*.		mori.
ſalíre, à *ſaglo*.		aſcendere.
venire, à *vengo*.		venire.
aprire, ab *apro*.		apetire.
dire, à *dico*.		dicere.
uſcire, ab *eſco*.		exire.

Anomala primæ conjugationis.

INDICATIVVS.

Præſens.

Do, dai, da. Pl. *diámo, diáte, danno.*

Imper-

Imperfectum.

Dana, davi, dava. pl. *davámo, davàte, daváno.*

Perfectum ſimplex.

Diedi & detti, déſti, diede, déite & dié. pl. *demo, déſte, dettono, dettero, & diédono.*

Perfectum compoſitum.

Ho dato.

Pluſquamperfectum.

Haveva dato.

Futurum.

Dáro,

IMPERATIVVS.

Da tu, día colui. pl. *diámo, date, diáno.*

OPTATIVVS.

Præſens & imperfectum conjunctivi.

Déſſi, deſſi, deſſi. pl. *déſſimo, déſte, déſſero & déſſino.*

Impeifectum ſecundum.

Darei, dareſti, darebbe, &c.

Perfectum & pluſquamperfectum.

Haveſſe dato.

Pluſquamperfectum ſecundum.

Havrei dato.

Futurum & præſens

CONIVNCTIVI.

Día, día, & dii, día. pl. *diámo, diáte, diáno.*

Cætera ſequuntur regulam generalem, quia mei propoſiti ſolummodo eſt ea tempora hic collocare, quæ à communi regula verborum deflectunt. Nam cognito infinitivo, facilè cætera tempora ſecundùm regulam generalem effingi et elici poſſunt.

Verbum

ſtare.

Præteritum perfectum ſimplex.

Stetti, ſteſti, ſtie & ſtè. pl. *ſtammo, ſtaſte, &c.*

Futurum

Futurum Optativi, & præsens
Conjunctivi.

Stia, stia, stia. pl. *stiámo stiáte, stino.*

Verbum
andare.

INDICATIVVS.

Præsens.

